

NE CHRISTIANUM MANCIPIUM HAERETICUS VEL PAGANUS
VEL IUDAUS HABEAT VEL POSSIDEAT VEL CIRCUMCIDAT.

1.10.1

Imp. Constantius A. ad Euagrium.

Iudeus servum Christianum nec comparare debebit nec largitatis vel alio quocumque titulo consequatur, quod si aliquis Iudeorum mancipium vel Christianum habuerit vel sectae alterius seu nationis crediderit ex quacumque causa possidendum et id circumciderit, non solum mancipii damno multetur, veram etiam capitali sententia puniatur, ipso servo pro praemio libertate donando.

D. id. Aug. Constantinopoli Constantio II et Constante cons. [a. 339]

1.10.

2 [*Aντορθάριον Ιουστινιανὸς A.*]

*Ἐλληνες καὶ Ἰουδαῖος καὶ Σαμαρείτης καὶ πᾶς
μὴ ὡν ὁρθόδοξος οὐ δύναται Χριστιανὸν ἀνδρά-
ποδον ἔχειν, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἐλευθεροῦται καὶ ὁ
πηγαδίμενος δίδωσι τοῖς ποιβάτοις λ' λίτρας.*

D. IIII k. Iul. Constantinopoli.

id est:

Paganus et Iudeus et quisquis non est orthodoxus non potest Christianum mancipium habere, quia et id liberatur et qui id habuit privatis XXX libras solvit.